

**7459** in la abadia di S. Maria dell palazi nella croce AVGST.; ad S. Mariae in Palatio basis crucis signo supposita bis denis circiter passibus a templo recedens GVALT. Vedesi sino ad oggi fra le rovine di Alesa, ma lacera e corrosa in molte linee TORREM. 1749. Frustra ibi indagavit mea causa SALINAS.

ITALICEI  
L · CORNELIVM · SCipioneM u. c. 561?  
HONORIS · CAVSSA

Ant. Augustinus cod. Matr. f. 29'; Gualterus n. 143 a = 303, qui addit: 'lapis ex rubentibus et albis crustulis iisque negligenter a natura consutus; quo fit, cum tot hiatus, tarde litterae apparent et quae artis sunt, naturae esse videantur. Hinc illas non nisi a solitario homine loci accola edoctus investigavi, cum quippe sol suis radiis rimulas ingrederetur. Prius ipse litteras abrasas esse persuaserat'; Torremuzza *statua di marmo scoverta in Alesa* (1749) p. 47, *storia di Alesa* (1753) p. 150, Sic. V, 14, qui ait: *viddi ed esaminai io nell' anno 1744 questa iscrizione in una gran base di pietra con macchie rosse e bianche giacente allora nelle rovine di Alesa ed in un luogo, da dove malagevole si era il trasportarla; nihil minus ex Gualtero eum titulum petuisse mihi dubium non est. Inde vol. I n. 533, ubi revocavi ad praetorem Siciliae a. u. c. 561 postea dictum Asiagenum (Liv. 34, 54. 55; Cicero de orat. 2, 69, 280) eum ipsum fortasse quem supra p. 737 vidimus Agrigentinis leges dedisse.*

1 ITALICEI August. et Gault. (ed. 2, hic adnotans: 'id est Italici dicarunt aut ita licet, statuam nempe pon'), ITAL...EI Gault. ed. 1 adnotans: 'puto legionem Italicam', ITALICET.. 'sic omnino' Torr. — 2 L·CORNELIVM·SCHIZIAM August. Gault. (ed. 2) Torr., L·CORNELIVM·SC FILIVM Gault. ed. 1 adnotans: 'SC·FILIVM Scipionis filium'. — Post 2, item post 3 Torremuzza binos versus punctis explet.

**7460** ad S. Mariae de Palatio pone aram maiorem in fastigio GVALT. Pusae [immo Tusa] PANV. — Sine loco AVGST.; Thermis MVR. errore.

M · LIMBRICIVS · M · F  
FAL · RVFVS  
V · SIBI · ET · HELVIAE · ARVRAE  
VXORI · SVAE

Ant. Augustinus cod. Matrit. f. 29 et apud Panvinium cod. Vat. 6036 f. 56'; Gualterus n. 142 = 304 (inde Mur. 1366, 11; Torremuzza *storia di Alesa* p. 151, Sic. XI, 31 = 32).

3 ARVRAE Aug. Panv. Gault. (ed. 2), ARVME Gault. (ed. 1).

## XXV. MYTISTRATVS? (*Mistretta.*)

Mytistrati oppidi meminerunt qui primum bellum Punicum scripserunt et ex iis qui pendent Philistus apud Stephanum s. v. Μυτιστρατος, Polybius 1, 24 (inde Stephanus s. v., ubi est Μυτιστρατος et Μοντιστρατος), Diodorus p. 503 W., ubi est Μύστρατος, Μήστραχος, Zonaras 8, 11 p. 205 Dind., ubi est Μοντιστρατος; denique huc spectant *Mutustrani* Plinii 3, 6, 91. Oppidum a Romanis tum vi expugnatum num postea

durarit, ignoratur; fuisse ibi ubi nunc est Mistretta probabile est; eam enim regionem indicant narrationes et convenient satis vocabula antiquum et recens. At Amestratus, cuius extant nummi memineruntque Cicero Verr. 3, 39, 89. c. 43, 101 et Silius 14, 267 (*Amastra*) et Stephanus s. v., cur eadem fuerit ac Mytistratos, quae opinio hodie recepta est, equidem non perspicio.

**7461** prope Mistrettam rep. a. 1712.

D · M  
L · TITIENO  
VIX · AN · XXXVI  
AVR · TITIA  
5 FRATRI B · M · F ·

Torremuzza Sic. XIII, 8 = 9, cui misit Benedictus Giaconia Mistrettensis.

## XXVI. CAPITIVM (*Capizzi.*)

Capitium nominant Cicero Verr. 3, 43, 103 et Ptolemaeus 3, 4, 12 (Plinius non recenset), neque quicquam impedit quominus fuerit ibi ubi nunc est Capizzi.

**7462** prope Capitium rep. a. 1687.

D · M  
M · VOLVMNI ERATVS  
V · A · XXXVII · M · VII  
C · ANCITVS · MICO · MP

Torremuzza marchio Capizzi Sic. (1769)  
XIV, 132 = 154 ex schedis suis.